



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXII

SVPREMVM PIETATIS OFFICIVM  
 VIRO  
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMOQVE,  
**DN.CHRISTIANO**  
**ROEHRENSEO,**  
 PHILOS.MORAL.PROFESSORI PUBLICO  
 LONGE CELEBERRIMO, VT ET REGIOR.ATQVE  
 ELECTORAL. ALVMNORVM EPHORO GRA-  
 VISSIMO,  
 POSTRIDIE NONAS MAIAS, A. d. CCVI.  
 TRANQVILLE DEFUNCTO,  
 ET  
 XVII CAL. IVN.  
 RITV PIO SOLENNIQVE  
 SEPVLTO,  
 COLLEGAE DESIDERATISSIMO,  
 MOESTVS LVGENSQVE  
 PERSOLVIT  
**ORDO PHILOSOPHORVM**  
 IN ACADEMIA VITEMBERGENSI.



VITEMBERGAE,  
 PRELO CHRISTIANI SCHROETERI, ACAD. TYP.



I quo supremum plorasti tempore  
funus,  
Peplo conde tuum nunc elegia  
caput.

Vixit enim, fuerat quo non vigilantior alter,  
Quo posthac quisquam forte nec Argus e-  
rit.

Quantis doctrinis excultum pectus habebat,  
Tantis, tamquepiis moribus ille fuit.

Officium si quis, si consiliumve petebat,  
Officiis aderat, consiliisque potens.

Cuius fama Viri, nomenque uagata per or-  
bem

Iam pridem doctum, qua patet omnis, eunt.  
Quenque salutatum, ceu limen Apollinis ipsum  
Cyrraei, uenit magna cateruauirum.

Quor-

**S**Quorū nunc fugies miserorum turba clien-  
tum,

Celsa tuo Superūm templā tuente Deo?  
Flebilis occubuit cunctis, quos semper ama-  
bat,

Et quibus hic carus deliciūmque fuit.

Te commune decus respūblica docta requi-  
rit,

Ordo praeſidium, DIVE, doletque tuus.

Gens studiosa suum Doctorem, pulpita cre-  
bram.

Ipsa suam uocem conticuisse stupent.

Exors consilii tua quis delubra frequentat?

Magnum cognoscent hinc abiisse Virum.

Vxor, et agnati, proles tristisque relictā,

Complorant omnes contumulantque Pa-  
trem,

Si tamen ad tumulos est is transisse putan-  
dus,

Corpore qui posito tecta suprema pe-  
tit.

Haec

Quae subiit Noster , viridi Pindoque reli-  
cto,

Miratur tepido rore madere genas.  
Namque Viri tantum moles caua busta sub-  
intrat:

Spiritus in coelis, uenerat unde , uiget.  
Exuviae vivent, et coelica regna videbunt,

**I** Cum canet aethereae uox inopina tubae.  
Ergo quid lacrymis opus est? Abstergite lu-  
ctum,

Nec querula tumulum spargat ocellus aqua.  
Rebus in adversis placeat patientia uictrix,

Quam Doctor docuit gnaviter ille bonus.  
Ista quoque in uestram ueniant solatia mentem,

Quae scripsit, moestis inseruitque modis:  
**H**eu! nihil humanis firmum, et du-  
rabile rebus:

Felix, ad Superos qui sibi munit  
iter.

Tandem , Noster Amor, Dulcis Collega, va-  
leto ,

Et tua sub terris molliter ossa cubent.

•s ( o ) s•

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



SVPREMVM PIETATIS OFFICIVM  
 VIRO  
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMOQVE,  
**DN.CHRISTIANO**  
**ROEHRENSEO,**  
 PHILOS.MORAL.PROFESSORI PUBLICO  
 LONGE CELEBERRIMO, VT ET REGIOR.ATQVE  
 ELECTORAL. ALVMNORVM EPHORO GRA-  
 VISSIMO,  
 POSTRIDIE NONAS MAIAS, A.D. CCVI.  
 TRANQVILLE DEFUNCTO,  
 ET  
 XVII CAL. IVN.  
 RITV PIO SOLENNIQVE  
 SEPVLTO,  
 COLLEGAE DESIDERATISSIMO,  
 MOESTVS LVGENSQVE  
 PERSOLVIT  
**ORDO PHILOSOPHORVM**  
 IN ACADEMIA VITEMBERGENSI.

